

in ea cum antiquis Sacramentis conferamus, præter quam quod plus efficaciam habent, & utilitate uberiora, & sanctitate augustiora esse videntur. Ex eodem.

Tria sunt Sacramentorum characteres imprimen-

Alter vero Sacramentorum Effectus, non quidem omnibus communis, sed trium tantummodo proprius Baptismi, Confirmationis, & Ordinis sacri, est character, quem animæ imprimunt. Nam cum Apostolus ait, *Unctis nos Deus, qui & signavit nos, & dedit signum Spiritus in cordibus nostris: voce illa signavit, non obscure characterem descripsit; cuius proprium est aliquid signare, & notare. Est autem character veluti insignis quoddam animæ impressum quod deleri nunquam potest, eique perpetuo inhæret: de quo ita apud Sanctum Augustinum scriptum est. An minus forte Sacramenta Christiana, quam corporalis hæc nota, qua scilicet Miles insignitur, poterunt? illa namque Militi ad militiam, quam deseruisset revertenti, non nova imprimitur, sed antiqua cognoscitur, & approbatur. Jam vero character hoc præstat, tum ut apti ad aliquid Sacri suscipiendum, vel præagendum efficiantur, tum ut aliqua nota alter ab altero internoscatur. A Baptismi quidem characterem reddamur idonei, & eo propterea fidelis populus a gentibus, quæ fidem non colunt, distinguatur. Idem autem in characterem Confirmationis, & Sacri Ordinis licet cognoscere: quorum altero veluti Christi Milites ad ejus nominis publicam confessionem, & propugnationem, ac contra insitum nobis hostem, & spiritualia nequitia in Cælestibus armamus, atque instruimus, simulque ab iis, qui nuper baptizati, tamquam modo geniti infantes sunt, discernimur; alter vero tum potestatem Sacramenta conferendi, & ministrandi conjunctam habet, tum eorum, qui ejusmodi potestatem præditi sunt, a reliquo fidelium coetu distinctionem ostendit. Tendenda igitur est Catholica Ecclesiæ regula, qua docemur; tria hæc Sacramenta characterem imprimere, neque ullo unquam tempore iteranda esse. Tridentini Concilii Catechismus.*

Quid eiebat in Fidelibus Sacramentorum reverentiam,

Hæc sunt quæ generatim de Sacramentis tradenda erant, in cujus argumenti explicatione, Pastores duo potissimum efficere omni studio conentur. Primum est, ut fideles intelligant, quanto honore, & cultu, & veneratione hæc divina, & Cælestia munera digna sint: alterum vero, ut quoniam a Clementissimo Deo ad communem omnium Salutem proposita sunt, iis pie, & religiose utantur, atque ita Christianæ perfectionis exardeant desiderio, ut si Poenitentia præsertim, & Eucharistia saluberrimo usu aliquando carant, plurimum damni se fecisse existant. Hæc autem sunt, Pastores ad hoc potissimum, ut quæ de Sacramentorum divinitate, & fructu supra dicta sunt, auribus fide-

lium sæpius inculcabunt, primum a Domino Salvatore nostro, a quo nihil nisi perfectissimum proficisci potest, instituta esse: præterea cum ministrantur, Spiritus sancti intima cordis nostri permeant efficacissimum numerum præsto esse: deinde admirabili, & cæta curandarum animarum virtute prædita esse: tum, per ea immensas illas Dominice passionis divitias ad nos derivari. Postremo vero offendunt, totum Christianum ædificium firmissimo quidem lapidis angularis fundamento inniti, verum, nisi verbi Dei prædicatione, & Sacramentorum usu denique fulciantur, magnopere verendum esse, ne magna ex parte labefactum concidat. Ut enim per Sacramenta in vitam suscipimur: ita hoc veluti pabulo alimur, conservamur, augemur. Ex eodem Catechismo.

Distinguenda sunt Sacramenta; alia enim ex illis Sacramentis mortuorum vocantur, quia proprius eorum effectus in eo situs est, quod vitam illis reddunt, qui erant mortui spiritualiter per peccatum; hæc autem sunt Sacramenta Baptismi, & Poenitentia. Quinque reliqua Sacramenta vivorum dicuntur, quia in eorum receptione supponunt spirituales vitam gratiam in recipiente; cum propriis eorum effectus sit roborare, nutrire, & conferre potestatem conferendi Corpus Jesu Christi, vel aliquid Ministerium Ecclesiæ, curandi animæ vulnera, vel gratiæ vim conferendi, cuius opem in matrimonio conjuges sustinere possint onera, quæ illis adjecta sunt &c. Quæ omnia supponunt vitæ gratiam in anima Sacramenta hæc recipientium. Ex Theologis.

Ex dictis facile est cognoscere, duo esse genera obligationum in Pastoribus, quod pertinet ad hæc prorsus Cælestia Sacramenta; quorum primum est, ut semper sint dispositi ad illa digne dispensanda; alterum vero, ut disponent populos ad illa recipienda. Sacramenta jure optimo vocantur panis vitæ, & spiritus, *Gibetis cum pane vitæ, & intellectu. Quatenus sunt panis vitæ, qui Minister est, debet esse in vita gratia ad illa distribuenda: & quatenus sunt panis spiritus, oportet, ut cognoscat bonum, quod continent, ut illa applicet opportune. Minister non minus facere debet, ut Sacramenta digne recipiantur a populo suo, tamquam panis vitæ, & spiritus; ad id requiritur, ut populus calleat modum recipiendi illa sancte, & cum iis dispositionibus, quæ afferenda sunt; præterea quæritur, ut cognoscat eorum excellentiam, originem, characterem, & effectus: Quod in Sacra Tridentina Synodo statutum est; Sacramenta administrantur prius illorum nomine, & usum pro suscipiendum capere explicent. (Sess. 24.) Negligere hæc documenta adeo necessaria, hoc esse obijcere Mytheria facerrima gravissima irreverentia, & maximo contemptui. Pater Segneri.*

Sacramentorum distinctio.

Officia Ministrorum, qui erudit debent populos, eosque disponere ad recipiendum Sacramenta, ut oportet.

Multiplex huius Sacramenti ceremoniarum cognitio nos gratiam ferre in omne vite nostra spatio.

In Baptismo recipimus gratiam uberrimam, & copiosam, quæ nos penitus devoverit Deo.

Gratia Baptismi imprimi in animas nostras ineffabilem characterem.

Christiani qualitas omnibus in nobis mundum præferenda.

Tutissima probandi ratio, & aliquid esse Christianum est confortitas cum J. C.

dam, cum illam de manu Dei accepimus integerrimam? Heu! Tantum abest, ut illam ornaverimus, & nitidiores effecerimus, ut multiplici criminum numero eam sedaverimus. Abbas de Jary in Sermonibus de Conceptione.

Omnes ceremoniarum, quibus utitur in Baptismi Sacramento nobis ostendant necessitatem nosmet amovendi a sæculi vanitatibus, quibus renuntiare debemus, ut nosmet præbeamus fideles gratia, quam recepimus. His ceremoniarum decorem, animas nostras esse debere puras per aquam insulam capitibus nostris, incorruptibiles per sal immisum in os nostrum: omnia vota, cogitationes, affectus nostros respondere debere sollempni huic abrenuntiationi, quam omnibus sæculi pompis mittimus eorum ministerio, a quibus presentamur. Perfecto, character, quem Sacramento Baptismi imprimi in animabus nostris, sufficit, ut illas Deo jucundas efficiat, quemadmodum Militis titulus sufficit tempore pacis, ut qui hoc vocatur nomine, privilegii eidem inhærentibus perfruantur; sed eo modo quo, S. Augustinus ait, cum bellum exardescit, & hostes sunt in conspectu, character iste non solum inutilis est, sed etiam sanctus generibus illum, qui muneribus suis perfunguntur, neque prodest nisi ut plestantur transiuge, ubi inventantur extra militiam, cui nomen dedere: ita per anni ignorantia, & infirmitatis, quibus nondum nobis licet cognoscere inimicos nostros, & quibus nobis vires non suppetunt ad capiendam arma, quæ nobis dedit Deus ad decertandum; Christiani character sine ulla cooperatione nostra efficit, ut bonis illi inhærentibus perfruantur. Sed simulac per ztatem cognoscere possumus periculosos mundi impetus nos reducere festinantis; inevitabile nobis officium est omnibus viribus in aciem descendere, quod nisi præsterimus, Christianorum titulus nobis credit in notam infamiam. Abbas de Jary in Sermonibus de Conceptione.

Gratia, quæ nos prævenit in Baptismo, gratia plena est, & copiosa, quæ nullam admittit partitionem. Hæc sese super totum hominem effundit; Sanguis Agni animam eluit, & corpus. Utrumque sancta contagione fuerat conquinatum, utriusque labes deleta fuerunt exteriori, & interiori christumate. Fit ergo integra regeneratio. Post Baptismum renascitur homo totus recens, in quo nihil veterum affectionum debet permanere. Hoc significant ceremoniarum, quæ Baptismum concomitantur. Postquam puer oblatum Deo in ara, ductus fuit ex aqua, in quam fuit immerfus, ut doceatur de transitu, qui illi faciendus est de peccato ad gratiam, alba induitur veste, ac cereus manibus ejus inseritur. Dei Minister, a quo in Ecclesiâ sinum recipitur, postquam illum cogit, ut sollempni Mundo, ejusque pompis nuntium mitteret; per hæc sensibilia admonet Symbola, ipsam in posterum omni labe vacuum esse debere, vitæque ducere integerrimam; sicut radii omnes ex ea face emanantes, æque refugunt, atque usque ad ejus consummationem fulgebunt, ita omnes actiones, & cogitationes illius, emittere debere vividum lumen sine defectu, atque obscuritate. Sermo Secundus Accademici anni 1677.

Ignorare oporteret prima Religionis elementa, ut nesciremus, quamvis Baptismi ceremoniarum pertranscant, quod illa significant, relinquere characterem, qui non deletur, æternumque manet: Carnem esse infirmam, cupiditates violentas; concupiscentiam nos in malum pertrahere, mundum nihil inausum relinquere, ut nos fallat; demonem nihil præmittere, ut nos perdat; ex quo facti sumus Christiani, non esse nos ulterius juris nostri: ad Deum spectare; divinum gerere characterem, quem dedecorare non possumus, citra sacrilegium, & scelus nefarium. Ex eodem sermone.

Christianum esse, est esse Jesu Christi servum; & profecto aliquando in mundo, ac Romæ potissimum, profana titulus orbis Metropoli, titulus hic distinguebatur ab aliis titulis, qui unice innuntiantur, vel naturæ bonis, vel humanæ celsitudini. Est Jesu Christi servum prima dignitas est, quam Gentium Doctor jactat; qualitas augusta, & præferenda etiam honori Sancti ministerii, quod sine humilitate, sine fidelitate veri servi credit in dedecus, & probrum Concionatoris, Pastoris, Apostoli: qualitas præferenda magnificis titulis, aures obtudentibus Principis, Magni, Monarchæ, Imperatoris; quoniam in Morte hæc omnia magna nomina inania sunt, & statim in tumultu evanescent. Qualitas Christiani, famuli Jesu Christi, sola in altera vita nobilis facit; hic unus titulus est, ut æternum regnemus in Cælo. Quæ consolatio illis omnibus, quibus in hoc mundo nullus est nitor, nulla amplitudo, nulla generis prerogativa? Non omnes esse possunt Reges; Servi Jesu Christi omnes esse possunt. Quænam infamia est, nullum movere lapidem, ut hunc titulum mereamur? Pater Croiset in Affectibus exercitiis.

Christiani estis, ut dicitis, sed quomodo vos tales esse probatis? Num quia magnificum hoc nomen defertis? Num quia educati fuistis in hac Religione, quæ Christiana vocatur? Hæc mera est illusio; eo quod hoc nomine vocamini, quod in Christianorum societate versamini, non ideo estis Christiani. Tutorum regula ad hoc dignoscendum, utrum Christiani sitis, est vitam ducere prorsus oppositam

illi, quam ducitis. Etenim haberi ne potest probatio magis opposita dictis vestris, quam vestri mores adeo oppositi Evangelio, ut nihil magis deforme liceat videre? Auctor recens.

Metuendum est, ne Crucifixus, qui nobis in hora mortis exhibebitur, & qui nobis esse debet causa spei nostræ, atque fiducia, fiat potius objectum terroris nostri, & fortasse etiam desperationis, & damnationis; ubi facta collatione vitæ nostræ cum hoc autographo, cujus imitator esse debemus, si Christiani esse volumus, & prædestinati; inveniatur in nobis tanta difformitas, adeoque signum adeo manifestum nostræ reprobationis. Frustra deferemus ad extremum usque vitæ nostræ spiritum celebre hoc nomen Christianorum; mors Christi nobis erit inutilis, si vita ejus non fuerit norma actionum nostrarum. Non proficiemus ex meritis ejus, nisi ex divinis ejus exemplis profecerimus; & ille non futurus est Salvator noster, nisi nostrum exemplar extiterit. Adnitamur toto peccatore tantam prævertere calamitatem. Non sufficiat nobis gestare nomen Christiani; hoc erit prorsus inutile, nisi imitati fuerimus J. C. Crucifixum; ad cujus normam conformanda est vita nostra, secundum quam omnes mores nostri componendi sunt, cui unice omnes adjungere debemus cogitationes, desideria, & affectus nostros ne in morte sit objectum terroris nostri, nostræque desperationis. Obversetur jugiter nobis ob oculos divinum hoc autographum, ut omnia illius lineamenta ad vivum exprimamus in nobis, etenim frustra speraremus in illo, nisi dum viveremus, adniti fuissetus mores nostros componere ad normam Evangelii, atque SS. exemplorum illius. Pater Nepveu in libro, qui inscribitur Spiritus Christianismi.

Hoc primum quæsitum a vobis fuit, cum rationis usum affectui estis, ut reminisceremini eorum, quæ in Baptismo polliciti estis. Ene Christianus? Te Christianam esse reddidisti; & vere dixisti, quia propter ztatis innocentiam talis eras; neque enim deleveras Novi Hominis imaginem, videlicet Jesu Christi, quæ una cum characterem Baptismi in anima tua fuerat impressa. Sed hocne vere nunc respondere posses? Si in te cognosceres lineamenta divini hujus autographi, si similis es Jesu Christo, id sine metu posses asserere: sed si hoc non est, affirmare nequis, quia mentiaris, & factis neges, quod asseris ore. Igitur nostrum est secundum hanc regulam nosmet ipsos interrogare, sed quid vel nosmet decipiamus, vel blandiamur nobis. Item.

Cum quis videre vult, utrum imago aliqua sit fidei, utrum omnia exprimat prototypi lineamenta; primum conicit oculos in prototypum, & mox in imaginem, utriusque simul conferens lineamenta. Hac utamur methodo ad cognoscendum utrum simus vere imaginem Jesu Christi. Sed quam metuendum est, ne hac imagine confundamur, videntes tantum abesse, ut in nobis similitudinem cum Filio Dei deprehendamus, ut immo videamus maximum discrimen, & omnimodam oppositionem. Tandem enim Mundi Salvator perfecte humilis est, & de se nobis dicit, hoc primum nobis discendum ab illo; sed nihil sectus vani sumus atque superbi. Jesus Christus honores, & plausus exhorruit, uti liquet, ubi accidit, ut illum Regem vellent constituere; nos vero hos honores ardentem consecramur, & deperimus. Nunquid hæc omnia conveniunt cum celebri Christianorum nomine, de quo gloriamur? Hæcne in Baptismo sumus polliciti? hæcne toties mox iteravimus, abrenuntiantes Sathanæ, abnegantes Spiritum, & Mundi pompas, Jesum Christum profertentes nos secururos, ac servaturos in omne vitæ spatium inviolabilem, & irreprehensibilem fidem? Pater Nepveu. Ibidem.

Per gratiam Dei Filii sumus Dei, & heredes Jesu Christi. Quisnam amplior honoris titulus! quæ nobilior qualitas, quæ pretiosior illa adoptivi Filii Dei etiam per gratiam, & heredis omnium bonorum illius? Omnes hi magnifici tituli, omnia hæc magna nomina honoris, & dignitatis, hæc jura successione, & prerogativæ nobilitatis, quas tribunt genus, Principum favor, merita erga rempublicam, provinciarum, officia, jura sunt quidem venerabilia, & monumenta illustria, sed in arena edificata. Præterquam quod sunt intus inania; Quænam illorum soliditas est, virtus, duratio? Quantumvis extrinsecus niteant, fulgor eorum in speciem tantummodo coruscant. Tempus terit illa, mors vero obruit, vel saltem confundit. Quam ex his magnificis titulis, quam ex amplissimis hisce successione, quam ex his claritatibus nos usque in vitam alteram comitatur? Admirabile hoc simulacrum aureum, argenteum, ahenum, vel ferreum scilicet tantum innititur pedibus. Quamvis locupletissima sint mausolea, non nisi cineres continent. Sola qualitas Filii Dei, filii adoptivi per gratiam, meritum confert, quod non veterascit nobilitatem, quæ locum habet in Cælo. Hæc ea nobilitas est, quam Redemptoris nostri Sanguis impertit. Qualitas sola filiorum Dei absorbet, dissipat, extinguit ceteras. Nulla præter illam, realis est, permanens, solida, superior omnibus vitæ vicissitudinibus. Qualitas sola Christiani reddit hominem vere nobilem.

J. C. Crucifixi imago causa erit timoris nostri in hora mortis, si vitam ab illius vitæ difformem duxerimus.

Is vero Christianus dici potest, qui servat innocentiam hagioliam.

Qui comparat vitam Christianorum cum prototypo suo, qui est J. C. modicam invenit similitudinem.

Christiani nomen est amplissimum honoris titulus, quem in terris possidere valeamus.

DE BAPTISMO. Quæ prima est Ecclesiæ Ceremonia Christianos efficiens. Nomen Christiani, & Officia, quæ imponit &c. MONITUM.

Sicuti Baptismus prima est, maxime essentialis, ideoque maxime necessaria Ecclesiæ ceremoniarum, erga Fideles, Sancti Patres quo ore illum vocarint jam Christianismi, fundamentum essentie supernaturalis, Sacramentum, quo Christiani efficiuntur, & quo fit, ut Christiani vocentur; & demum quo evadimus Filii Dei ex filiis, & participamus æternis qualibus eramus; prætermittere non potuimus sermonem de hac Ceremonia, per quam incipimus esse membra Ecclesiæ, & ad illam pertinere. De hoc argumento egimus jam, & susus, in Tomo Primo Bibliothecæ nostræ, ubi collegimus quidquid ad hujus Sacramenti dignitatem spectabat, quin tamen loqueremur de ceremoniarum, quas servat Ecclesiæ in illius collatione seu pueris, seu adultis, ibique solum verba fecimus de officiis, quæ imponunt, & de obligatione sustinendi dignitatem nominis Christiani, quam ibi recipimus: & quid abnegaverimus fidem Jesu Christi amplectentes: En quid pertinet ad hoc argumentum, & fructus, quem percipere debent illi, qui Christiani vocantur, qui satis reliqua tenent. Objiciet fortasse aliquis, nos satis superque de iis omnibus locutus fuisse eo, quem memoravimus, loco; sed ratio diversa, qua tot Auctores recensentes hoc argumentum pertractarunt, & variae rationes, quas adhibuerunt, ut nos de his erudirent officiis, erunt loco satis valide excusationis ad evitandam censuram repetitionis earundem sententiarum, quas aliis verbis, ac terminis elatas in medium protulerimus.

DE BAPTISMO.

Qui est prima Ceremonia Ecclesiæ, quæ nos Christianos efficit. Nomen Christiani, & Officia, quæ imponit &c.

Christiamus pro virili respondere debet gratia Baptismi.

Sermo, quem mihi apud vos habendum propono, unice eo tendit, ut vos excitem, ut gratia Baptismi respondeatis. Altius, quæto Christiani, repetamus spirituales nostram regenerationem, ut nostris erudiamur officiis. Recite, inquit Sacer Minister, dum albam imponit vestem capiti pueri recens Baptizati, Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante Tribunal Domini nostri Jesu Christi, ubi habebis vitam æternam Amen. Stola hæc myrica exhibet nobis gratiam Baptismalem, quæ detergens maculas originaliis peccati, divino candore, & specie supernaturali exor-

nat animam, & imprimens in illa imaginem Dei, & characteres filii adoptivi cum fulgentibus radiis gratiæ, & uberibus splendoribus, qui ex pretiosa divinitatis communicatione resiliunt ita, ut, si possemus intueri animam regeneratam, qualis renascitur ex lustralibus undis, & cum Cælesti albedine, quam in Sacro recepit lavacro; illechi præstantissimo objecto, quod caliginem offenderet omnibus formis, perhorresceremus peccatum, quod unum potest tot gratias dedecorare. Hanc innocentiam stola accepimus ad Baptismi gratiam vocati; cum antea essemus filii iræ, facti sumus filii Benedictionis, per spirituales nostram natiuitatem; recepimus hoc pretiosum gratia indumentum, ut magis, magisque illud locupletarem per augmentum meritum, & in animabus nostris fulgidiora, ac nitidiora efficeremus lineamenta Imaginis Dei. Tamen quot maculis conquinavimus stolam hæc adeo candidam, & mundam,



loruplentem, potentem, beatum. Si hac qualitas desit, cetera sunt nomina vacua. Sed quoniam hac officia replebimus, ut apti sumus ad hereditatem nostram percipiendam? Pater Graefter in Aferetis pro diebus Dominici, & Festi mobilibus.

Quo sensu Fideles vult esse Deo Sacrificia.

Sanctus Petrus generatim de Fidelibus loquens, illis Sacerdotium tribuit, tamquam honorem Christianismo inherenterem. Non ideo tamen ille hos omnes putat esse Sacerdotes velut illos, quibus Episcopi manus imponunt; & qui uni habet facultatem Sacra Mytheria celebrandi; sed quodammodo Sacerdotes sunt, quia possunt, immo & debent immolare Deo non veras hostias, casumodi erant Boves, Arietes, Turtures, & Columbae apud Iudaeos, & apud Christianos Corpus Dominicum; sed victimas spirituales, puta, preces, laudes, opera Sancta, jejunia, & elemosynas. Id genus Sacrificia nobis Divus Paulus commendat, cum inquit: Per ipsum ergo offeramus Hostiam laudis semper Deo, id est Frustrum laborum confitentium Nominis eius. (Ad Hebr. 13.) Apostolus haec omnia paucis exprimit. Obtestor vos, ait ille offeratis corpus vestrum, tamquam Hostiam viventem, Sanctam, Deo beneplacentem; & addit, reddite Domino cultum rationabilem. Non petit a nobis verum Sacrificium, in quo offeramus corpora nostra immolanda, & igni ablumenda; sed Sacrificium mere morale, & Spirituale. Vult solum, ut ad imitationem Domini, qui sacrificavit Corpus suum in Cruce, aliquo modo sacrificemus corpora nostra, tamquam Hostias viventes, Sanctas, perfectas, ideoque acceptas Deo: ut illa immolet mortificatione, & caritas consummet. Oportet corpora nostra Hostias esse, videlicet res Deo Sacras; oportet a nobis adhiberi, & consumi in cultum illius, qui Creator est. Illa nobis non sunt amplius consideranda tamquam nostra, sed tamquam Dei, cui nosmet in aeternum devovimus in Baptismo, & qui, ut sanctus Paulus ait, caro nos pretio redemit: Oportet ad haec haec esse viventes Hostias, & Spiritu sancto animatas; homo enim per peccatum mortuus, victima est demonis, corpora, & animas perdere querentis, Deus autem, qui vivit aeternum, & vitae fons est, non vult sibi offerri cadavera in seculumque vitam duntaxat mittenda. Iteumur igitur perquam diligenter vitam animarum nostrarum, ut possimus Deum colere rationabiliter, & spiritualiter. Cardinalis Bellarminus in Opusculis.

Exemplum veri Christiani.

Christiani, S. Justinus Martyr ait, in mundo sunt tamquam in exilio. Respicunt se tamquam Civis Caesalis Iudaicum. Sunt in mediis civitatibus, sed instar Viatorum: vitae hujus participes sunt, sed illis similes, qui alteram praetorianam, sicut in terra aliena, tamquam domi suae, & domi suae tamquam in terra aliena. Vivunt in carne, sed non vivunt secundum carnem; manent in terra, & commercium eorum in Caelo est. Haec est hypotyposis Christianorum, quam sanctus Justinus instruit: haec est nostra? Pater Graefter in Aferetis. Tomo quarto.

Primi Christiani, ut pretiosum hoc nomen servarent mundi ope, & dignitates spreverunt.

Pauci sunt qui defertur nomen Christianorum, qui tales fore sibi debent.

Ad tuendum illud nomen Christiani, primi fideles gravissimas qualitates contumelias sustinere voluerunt. Voluerunt haberi tamquam inutiles mundo, rebus gerendis minime pares, & fruges abstumere nati; & si vitae communis participes erant, nihil gloria dignum appetebant, & in illis nihil erat oppositum Evangelicae humilitati. Plures ex ipsis detestabantur Magistratum subellia, & jure timebant, ne, si femet pretirentur Deum inter & Mundum, officis adeo variis satisfacere possent. Abrenuntiatis mundo, qui Christiani vocamini, & Christianos esse profitemini. Conspingunt vestra similitudo, ac sublimis est: quippe cordium consensus vos simul conjungit in oratione communi, quam Deo nuncupatis; haec est mentium conformitas in scientia salutis; haec est ejusdem mentis societas in Communionem Corporis, Sanguinis adorabilis Salvatoris. Videte, Christiani, quanta sit altitudo nominis, quod geritis, & cavete, ne de hac adeo illustri dignitate decidatis degeneri vita, abnormi, & corporis saeculi hujus rebus inherente. Auctor voco.

Quam pauci sunt, qui Christiani dicuntur, qui si vitae suae rationem cum Jesu Christi vita conferrent Capitis sui, omnimodum agnoscerent differentiam. Formalis est oppositio inter eorum vivendi rationes, ac divinum huic prototypum, cujus ne unum quidem in illo deprehendi potest lineamentum. Quam pauci sunt, qui inventiuntur fideles imagines divini hujus autographi? Quam pauci, qui possint vere se Christianos vocare! Quandoquidem similitudo cum Salvatore facit, ut nomen hoc repleamus, & mereamur; ideoque nonne dicere possumus, paucos esse, qui ambulat in via salutis, quandoquidem veri tantum Christiani ad eam possunt contendere? Sed cur nam Evangelium nobis adeo brevem Elektorum numerum designat, nisi propter modicam morum conformitatem, quam habemus cum Jesu Christo, Capite, ac prototypo Christianorum omnium, quibus contigisse signum ejus notari, & vocari nomine ipsius, quamvis sit de fide, nullam saltem illi sperandam esse, qui non habeat omnimodam cum Filio Dei conformitatem. Cum enim ita se res habeat, in quo spem nostram confirmamus, si, quin admittatur pro virili parte, quantum no-

bis stum est, habemus illi adeo sanctam oppositionem? Pater Niprien, in libro, cui titulus: Spiritus Christiani.

Si Jesus Christus est Rex noster per electionem a nobis factam in Baptismo, & per fidem quam tunc illi polliciti sumus, cum nomen Christianorum accepimus abrenuntiamus omnibus inimicis illius, mundo videlicet, demoni, & carni, eisque bellum immortale inferentes, generose pugnantes sub vexillis ejus, & illum pro vero Rege nostro habentes (hac enim promissere pro nobis, qui ad Baptismi fontem nos tenuerunt) hoc ipsum nobis confirmandum fuit eo momento, ex quo primum rationis ulum affecit sumus, cujus primitiae nobis consecrande fuerunt obsequia nostra divino huic Regi deferentibus. Nos igitur Jesum Christum in Regnum elegimus, cum accepimus titulum, & qualitatem Christianorum in Baptismo; sed ne nos hujus electionis poeniteat, ita conformare debemus vitam nostram doctrinae, & moribus ejus pro viribus nostris; ut sperare valeamus fore, ut ab illo vocemur fratres sui, & coheredes in Regno Patris sui. Idem ibidem.

Quam sublimem excellentiam huc ideam homo Christianus non recipit in Religione! Quam non invenit certitudinem pretii ejus, in quo est apud ipsum Deum! Si se ipsum quare in origine sua, & ratione finis sui; quantum est homo iste, qui ante ipse temporum nativitatem, & qui in tota deinceps aeternitate est obiectum curae, & amoris Dei, hic homo, qui creatus est ad imaginem illius, qui propter illum unice formatus est, & in cujus gratiam entia omnia ille produxit, in cujus favorem nobilissimas adhibet intelligentias, pro quo in terram descendere dignatus est, cujus non dedignatur in omnia saecula similitudinem gerere, cujus unicus esse vult Dominus, & cujus unica merces futurus est! Quantum hic homo est, & quae in pretio esse apud Deum; ille, cujus unicum peccatum non nisi Dei Sanguine potuit deleri; ille qui statim amictus fuit gloriosis titulis amici, Filii, & Fratris Jesu Christi, & qui per omnem aeternitatem partietur cum illo Patris Caesalis Hereditatem? Sermo veritas Academiae anni 1707.

Quid est esse Christianum? Est ne regeneratum fuisse per aquas Baptismi? Estne discere prima fidei elementa, etque profiteri, aliquas recitare preces, Ecclesiam ingredi, accedere ad Sacramenta? Hoc aliquid sane est; sed haec non sunt nisi nota quaedam, vel generales, vel exteriores, & equivocae veri Christiani. Vere Christianum esse est semet devovere servitio Dei, libere, libenter, strenue. Libere, vult Christus ut statim ac rationis ulum attingatur, unaliquisque rata habeat per se vota, quae non nisi alieno peccato, & anguli, ut Tertullianus ait, deferunt per se onus Baptismi sui. Libenter, repellit victimas, quae coacta afferuntur sibi; servos invitos sustinere non potest; vult, inquit, Apostolus, sibi alacriter, & in Spiritu fervoris servitium impendi. Strenue, non sicut ignavi, timideque Christiani, quos minima terret difficultas; qui gaudentes societate Jesu Christi ascendunt in Thabor fugam arripunt, cum in Calvariam adducitur; qui per intervalla se excitant ad aliqua Religiosis opera, quae illis sapiunt; sed qui abstinent, ubi timent, ne quid illis negotium facessant, ut adolefens ille, qui magno excitatus rumore, qui prope illum fiebat, statim ex leaule se proripuit solo involutus linteo, sed qui cito recepit, se, ubi esset adhuc milites, ut ipsum comprehenderent. Abbas Bilean in delectis Sententiis.

Perfectus Christianus est ille, quem tædet vitæ, quem laudes molestia afficiunt, quem fides consolatur. Si plorat, pauperum miserias plorat; si erubescit, propter peccatorum flagitia rubore suffunditur; si suspirat, ad Caeli bona contendit; si dolet, propter terrae scandala ingemiscit. Ita est: non deest, quod illum torquet, sed peccatum hoc deest, quod illum consolatur, sed Dei timet judicium; non deest, quod illum nullam est desiderium, nisi sciendi voluntatem Dei; nulla zelotypia, nisi Deo placendi; nulla fortuna, nisi quam divina ipsi concesserit Providentia. Respicit paupertatem tamquam Caeli pretium, miseriam tamquam signum virtutis; iniurias tamquam patientiae suae probationem, cupiens contemni, & flocci fieri, gustans calumnias, quemadmodum aliis preplacet elogium; meruit, ne satis pati valeat; & gloria, quam appetit in bonis operibus suis, est utilitas tegendi illa in oculis hominum, ut Deus unus eorum testis existat. Idem.

Studeamus Religioni nostrae, aiebat sapiens ille Picus Mirandulanus, & ne ultra Christianissimi scientia redigamus nosmet ad contemptibilem simplicitatem. Meminerimus, Christianismum hunc esse debere in personis nostris aequo fultum, ac rationabilem contra impugnantem illum, atque edificantem pro nobismet, qui illum propagamus. Melabamur in errorem hunc hodie ita deplorabilem, & communem fidem profertendi, & essentialia illius rudimenta ignorandi. Nostrum esse censuimus, illa sanctius explorata, atque comperta habere, & secundum illam sancti Petri normam, semper paratos esse, ut eorum rationem reddamus. Deus inveniat in nobis, si minus Martyres servantes (quam-

Homo Christianus preflare vult fidem Deo in Baptismo suo.

Homo magis ex natura sua, nobilior est per Christiani dignitatem.

Quid sit esse Christianum.

Quid sit perfectus Christianus.

Christianus nobilitas, & quomodo gloriarum debeat.

(quandoquidem non est amplius tempus persecutionis) saltem Confessores illuminatos ad sustinendum cultum illius contra inane prociacis licentiae praesumptionem; ad id enim, o Christiani, vocati sumus. Quæritis aliquando quomodo vacare possitis, deficientibus proferis solatiis, & saeculi oblectationibus? hoc docent. Studio Religiosis vestrae via vacillatis, & per negligentiam, cujus rationem Deo estis reddituri, vix consulam habetis ideam eorum, quae creditis; hoc est coram, quae vos Christianos efficiunt. Si minime pares persuadendo, & confirmando ceteros, negligentiam vestram confirmare, & vosmet persuadere, quomodocumque ipsi gloriarum de nomine, quod geritis? Pater Bernardus in Dominicali.

Christiano non gloriarum debet nisi in Cruce.

Quare, Apostolus ita certus consilii sui videtur, ut nunquam nisi in Cruce Domini velit gloriarum? Mihi autem absit gloriarum, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, (Galat. 6.) per quem mihi mundus Crucifixus est, & ego mundo. Nonne gloriarum poterat, & jure de sapientia, Sanctitate, potentia Salvatoris, qui omnia haec illi communicaverat bona adeo liberaliter? Poterat sane; & nihilominus unice gloriatum in Cruce Domini, quae mundi erat opprobrium. O nos beatos, si non secus ac Magnus hic Apostolus totum agnosceremus pretium praclaræ hujus gloriæ! Verum quid agimus? Gloriamur quidem de cruce, non autem de Cruce J. C. Gloriamur Christianos esse, efficiamus, ut Crux fulgeat in vexillis nostris; illam exaltamus, illam adoramus. Sed hoc non est gloriarum de Cruce Salvatoris. Ut gloriamur de Cruce J. C., opus est velle, ut ille, eidem augeat. Quid autem proprie Crux est, nisi contemptus, dolor, honorum terrenorum abdicatio? Quomodo igitur in hinc rebus gloriamur, tunc in Cruce J. C. gloriamur. Mundus gloriarum in opibus, voluptatibus, honoribus: Christiani gloria esse debet opposita gloriæ Mundi. Pater Segneri in Meditationibus in delectis Bilean locis etc.

Vere Christianum nunquid ad mendicitatem redactus est? Non inertia, non intemperantia, sed Evangelium illum spoliat: amat plagas suas, quin illas aperiat, & statum suum, quin conqueratur; gaudens magis habitare cum J. C. in tugurio, quam magnifice vivere in tabernaculis peccatorum. Numquid calamitas appetit? se ipsum descendit; si propter fidem, causam probat; si propter dignitatem, sibi fidem non haberi conatur; si de suo honore duntaxat agit. Si homines illi inaledunt, ipse Deum benedicit; si ab illis damnatur, gratias agit. In aequale toquetur? preces fundit pro Justice suo, tortori suo favet, & supplicii sui instrumenta osculatur: Testamentum suum est Evangelium; Crux patrimonium, Patria Caelum, amici persecutorum sui; inimicus autem caro, & pauperes caritatis tentarii. Prospero rerum utitur cursu? Convivia ejus cruciatum consistunt; mundus illi exarctis loco est, solitudo paratissimum. Ergo laborare se adeo parum conormem esse Imagini exteriori Jesu Christi, ex necessitate cum summis viris versatur, ex caritate cum imis, ex animi propensione cum pauperibus, cum modestia in Templo, cum formidine in aula, cum gaudio in noscomis. Doctus est? Est eloquentior ad retulandas blandimentum preces, quam resellenda crimina, quae sibi ingeruntur. Ut imitetur eminentem scientiam J. C., nihilum suum studet agnoscere: mortem appetit: Cruce amplectitur infanter in minuendis praclaris qualitatibus suis, & in malis ampicandis. Mundum respicit cum miseratione, metu, contemptu, fastidio. Principibus viris famulatur? Malorum prosperitate non scandalizatur; sua vero, illi sepulcus ciet. Indigni in illo padore exsistat: felices miserationem, ingrati voluptatem. Misero opitulatur, nocentem plorat, invidet innocentem, & Deo gratias agit, quod talis non videatur. Penitens est? longis haustibus vitæ hujus amaritudinis bibit; gustat libenter poenitentiam, & suis lacrimis pacitur; utens hoc mundo quasi non uretetur, in speciem tristis, semper vero gaudens, praesto, ut de hac peregrinatione egrediat, veniam deprecatur a Deo adhesionis huic mundo. Habet in mente aeternitatem, amorem Dei in corde, mortificationem Jesu in corpore. Quomodo respicit haec terrena? Oportet harum econominis est pro pauperibus. Honores? horum non nisi mancipium est pro populo. Talenta sua? horum victima est pro religione. Sententiam? Hujus non nisi alveus est, & cum Apostolo gloriarum se necesse quidquam nisi Jesum, & hunc Crucifixum. Tempus suum? Hujus sequester duntaxat est, ut illud transmittatur in opus salutis suae, & in fratrum suorum Sanctificationem. Abbas Bilean in delectis Sententiis.

